



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

Ad quintam horam. De Operto & Aperto.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

Epimetrum.

Dixit IESUS: Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, quaerent intrare, & non poterunt. *Luce 13. vers. 24.*

AD IV. HORAM.

*De Domino & Servo, Discipulo
& Magistro.*

I. **N**on est discipulus super magistrum. *Matth. 10. & 24. Luc. 6. & 40.*

II. Nec servus super Dominum suum. *Matth. 10. & 24.*

III. Sufficit discipulo, ut sit sicut Magister ejus. *Matth. 10. & 25.* Perfectus omnis erit, si sit sicut Magister ejus. *Luc. 6. & 40.*

IV. Et servo sufficit, ut sit sicut Dominus ejus. *Matth. 10. & 25.* Si patrem familias Beelzebub vocaverunt: quanto magis domesticos ejus? Ne ergo timueritis eos. *Matth. 10. & 25. & 26.*

AD V. HORAM.

De Operto & Aperto.

I. **N**ihil est opertum, quod non revelabitur; & occultum, quod non scietur. *Matth.*

336 *CONSID. PRO VI. HORIS.*

Matth. 10. v. 26. Luc. 12. v. 2. Non est aliquid absconditum, quod non manifestetur: nec factum est occultum, *Marc. 4. v. 22.* quod non cognoscatur, & in palam veniat. *Luc. 8. v. 17.*

II. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. *Matth. 10. v. 27.*

III. Multis turbis circumstantibus, ita ut se invicem conculcarent, coepit dicere Iesus ad discipulos suos: Quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur *Luc. 12. v. 1. & 3.*

IV. Et quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. *Luc. 12. v. 3.*

AD VI. HORAM.

De spiritu immundo revertente in domum.

I. **C**um immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non invenit. Tunc dicit: Revertar in domum meam, unde exivi. *Matth. 12. v. 43. & 44.*

II. Et veniens invenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam. *Matth. 12. vers. 44.*

III. Tunc vadit, & assumit septem alios
spiri-